



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructorii Conscientiæ R. P. F. Lvdovici Lopez Ordinis Prædicatorvm ...**

In qua reliquæ materiæ quæ ad Instructionem Conscientiæ pertinent ex  
Orthodoxis Ecclesiæ iudiciis & scholasticorum Theologorum, tum  
Iurisconsultorum resolutionibus scitu perutiles latè & copiosè disputantur

**López, Luys**

**Lvgdvni, 1588**

De peculiaribus obligationibus restituendi quæ solent interuenire inter  
parentes, & filios, & inter co[n]iuges, & inter fratres. Cap. XVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41259**

fectu latronis hac de causa non restituentis, secundo tenentur restituere quando contra ordinem iustitiæ, & iuris, latroni patrocinantur, ut euadat & non restituat. Secus si defendant latronem in foro exteriori, quando contra illum non sunt indicia, vel semiplena probatio: si procedatur via accusationis, heque alia iuris adminicula, quæ legitime aperiant viam iudici ad procedendum contra illum, quia tunc tantum nituntur iuste secundum leges, liberare delatum de furto, à pœna: restitutionem, si quam secreto debet, relinquentes illius cōscientiæ (quæ nouit an reus sit illius) faciendam.

Q. 3. ¶ An vero confessarius sit taliter particeps criminis quando non mandat restitutionem fieri, ad quam pœnitentem in confessione percipit esse obligatum, quod ipse restituere teneatur. Et licet memor sim de hac materia supra egisse: sed quia etiam hic aptum quæstio hæc sortitur locum, breuiter non nihil repetendum hic erit primo cum

f *Nauar.* Nauarro <sup>f</sup> scilicet quod confessarius per ignorantiam *Sum. Lat.* crassam aut affectatam si non præcipiat restitutionem pœnitenti ad id parato, manet obligatus restituere. *c. 17. num.* 23. *23.* Quod procedit quando confessarius videt aut credit, quod nisi restitutionem præcipiat pœnitenti, pœnitens illa non est facturus si autem sibi mandato iniungatur, pœnitens restitutionem faciet. Secus est si propter incogitantiam id non præcepit, vel quia extimauit, pœnitenti id curæ esse, quia tunc non teneretur restituere confessori, sicut neque quando ex ignorantia non crassa, præcipere restitutionem prætermisisset, quia cum confessarius regulariter, gratia tantum pœnitentium audiat confessiones, non tenetur nisi de lata culpa secundum Nauarrum.

¶ De peculiaribus obligationibus restituendi quæ solent interuenire inter parentes, & filios, & inter cōiuges, & inter fratres.

## CAP. XVIII.

Q Via iam quasi absoluentibus restitutionis materiam occurrunt, quædam peculiare obligationes restituendi quæ inter parentes, & filios, vxorē, & virū, & inter fratres inter se solent interuenire: & hanc materiam indi-

indiscussam vt præmittamus non oportet. ¶ Et vt à filiis illegitimis exordium sumamus, quæritur primo an filij illegitimi teneantur restituere ea bona quæ sibi relicta fuerint à parentibus, cuius quæstionis decisio, filiorum illegitimorum præexigit distinctionem. ¶ Nam alij sunt filij illegitimi qui dicuntur spurij vt pote qui ex aliqua peculiari concubina nascuntur. Alij autem dicuntur manzeres, qui sunt propagati ex concubina vaga omnibus exposita. Alij vero dicuntur noti, id est adulterini. ¶ Alij deniq; dicuntur ex concubitu damnabili, id est merèti mortis pœnam nati, vt est stupro, vel incestu progenti, & licet alij filij sint, qui dicuntur illegitimi, sed tamen naturales, ij tamen inter spurios, vel manzeres computantur.

¶ His prælibatis sit prima conclusio. Huiusmodi filij illegitimi spurij s ex peculiari cõcubina, & manzeres ex vaga concubina propagati, non succedunt: sed neq; succedere possunt patri, aut matri neq; ex testamento, neq; ab intestato: si tam pater, quam mater eorum, filios habeant legitimos. Hæc conclusio patet tum quia leges in odium peccati parentum eos arcant ab hæreditate. Tum quia iniuria fieret legitimis: qui sunt certiores: si cum ipsis ad bona paterna vocarentur illegitimi, quia leges student fauere legitimis successiõibus, & non illegitimis.

¶ Secunda conclusio tam pater, quam mater etiam si habeant filios legitimos, possunt licite non solum his filijs spurijs, seu manzeribus: sed etiam liberis adulterinis, & ex concubitu damnabili natis puta ex stupro, vel incestu, vel adulterio, quintam partem asis, id est bonorum suorum quintam partem legare, hæc est Soti h & patet.

¶ Nã licet testator non videatur alienas successiones proprijs anteponere. l. cum acutissimi. ff. de fideicommissis vnde lex. 9. Tauri originem duxit, quæ filios spurios ab hæreditate repellit: tamen non prohibet lex: quin, tam pater, quam mater in quinta parte asis possint illos instituere. Et patet quia si tam pater, quam mater habentes etiam filios legitimos, quintam partem possunt legare extraneis, quare eã nõ magis poterunt donare seu legare prædictis filijs illegitimis, qui sunt propinquiores extraneis.

g s ¶ Tertia

g s:urij non succedunt patri aut alijs descendentibus. l. hac parte. l. si spurius. ff. de cogat.

h soti de inst. & in re. lib. 4. q. 5. art. 1.

¶ Tertia conclusio tam pater, quam mater, si filijs careant legitimis, etiam si habeant hæredes ascendentes, id est parentes, aut auos, filijs naturalibus. scilicet spurij, aut manzeribus, omnia bona sua relinquere in testamento possunt. Hęc conclusio quoad matrem certa est, & expresse habetur. l. 9. Taurenſi, quia mater de tali prole cum ea careat, sed quoad patrem contradicit frater Iosephus in suis floribus dicens tales filios spurios, seu manzeres patri non succedere, neque ex testamento sed tamen etiam quoad patrem est vera, quia. l. 10. Taurenſi sic habetur, quod etiam pater & si habeat parentes, vel ascendentes legitimos, potest bona sua in toto legare naturalibus filijs. si tamen ei non supersint legitimi liberi.

*i Natura.* ¶ Filium autem naturalem, explicat lex esse & dici, cuius natiuitatis, vel conceptus tempore pater eius sine dispensatione, copulari matrimonio potuit cum eius matre, dum tamen pro filio suo recognoscat eum pater, & etiam si sit ex vaga concubina talis naturalis natus. *les filij dicuntur in genuarum concubinarum filij,* ¶ Quarta conclusio filij huiusmodi naturales spurij, aut quos sola manzeres ex damnabili concubitu non nati, secundum naturam leges succedunt quidem matri carenti legitima prole ab intestato. Non tamen sic ab intestato succedunt patri carenti legitimis liberis. Hęc conclusio est Soti supra loco allegato, & est extra controuersiam apud doctores, cuius rationem assignat leges, quia mater utriusque prole legitima succedat proles hæc illegitima naturalis, quæ non est ex concubitu damnabili propagata, aut adulterina. Non tamen succedunt patri, quia pater non tali certitudine tenetur, quod talis proles sua certo sit.

¶ Quinta conclusio, filij adulterini, vel ex concubitu damnato, id est secundum leges morte punibili suscepti, id est ex stupro, vel incestu progeniti, neque patri, aut matri in foro exteriori succedunt ab intestato, neque ex testamento: sed solum tam pater quam mater (etiam si non careant legitima prole) quintam partem asis, id est suorum bonorum eis, & legare, & donare possunt. Hęc est Soti, quia hoc non prohibet lex Taurenſis, & quia ista quinta quota bonorum extraneis quoque poterat legari,

gari, ita in recopilatione noua legum. l. 7. libro quinto. titulo octauo folio. 291.

¶ Sed hic dabitare forte quis posset, an mater cui supersunt ascendentes parentes, & aui, si tamen careat legitima prole, tunc filio naturali à se habito teneatur relinquere omnia bona sua excepta quinta parte.

¶ Respondetur difficultati per sextam conclusionem in hoc casu, mater non solum potest, sed etiam in conscientia tenetur, etiam si ascendentibus non careat. si tamen legitima prole caret (excepta quinta parte assis) filium naturalem illegitimum in tota sua substantia instituere heredem. Hæc conclusio patet ex. l. in recopilatione noua legum nunc citata, vbi sancitur quod in hoc casu matri filii naturales, vel spurij suo ordine, & gradu succedant, vt legitimi hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato, dummodo tales filij ex damnato, punibiliq; concubitu non sint ex parte matris procreati, quia tunc neque ex testamento, neque ab intestato, isti poterunt succedere matribus: licet in morte, & in vita quinta pars possit illis dari, id est quæ permittitur pro anima posse legari. Interpretaturque ibi lex tunc appellari & esse damnatum & punibilem concubitum, quando mater obtalem concubitum, secundum leges, pœna mortis naturalis plectenda venit. De patre autem dicendum quoque videtur.

¶ Quare sit septima conclusio pater carens legitima prole, etiam si ascendentibus, scilicet parentibus, & auis, & proauis non careat, licet in omnia bona sua filium k De hac naturalem illegitimum, (dum legitimis caret) successore. Bastardo- rem, & heredem sibi præstituerit: non tamen in con- rum succes- scientia ad hoc tenetur, quia lex hoc ei facere posse in- sione mul- dulget sed non cogit & merito, quia non est de tali prole ta singula certus. Quia satis est patri, si talem filium naturalem tan- ria adu- tum pro suo recognoscat, aut ex vehementibus coniectu- cit G. Be- ris: agnoscat: sibiq; persuadeat, pro suo fore recogno- nedieli. ex- scendum: si tantum alimenta necessaria ei subministrer: tra de te- sed in hoc casu si filio naturali huic bona sua nolit relin- stam. nam. quere, opinor parentes, si quos habet de duabus tertijs, 676. rf- partibus suorum bonorum, non posse defraudare. ¶ Con- que ad u- elusio autem prædicta patet, quia in l. 10. Taurenfi dici- me. 786.

tur quod pater carens legitimis, possit legare bona sua naturalibus in toto, quod voluerit: vnde per hoc quod ait lex in toto quod voluerit liberum sibi, an velit legare eis, vel non relinquit.

Q6.2. ¶ Deinde de filijs adulterinis obuiat disceptatio an vltra quintam partem aliquo intuitu, forma, vel via possint parentes illis aliquid donare, vel legare siue in testamento, siue extra, taliter, quod tam patres dantes, quam huiusmodi filij recipientes maneat liberi, tum à culpa mortali, tum etiam à restitutione in cōscientia. Et quidem si de iure naturali agamus dummodo legitimis præiudicium non fiat, palam est huiusmodi donationes, & legata fieri non esse prohibitum. Sed quod ingerit difficultatem id dubij est, an leges ciuiles, quæ perstant prohibentes supra dicta legata, & donationes, ita sint pœnales, vt more legum pœnaliū nullatenus obligent in cōscientia, ante condemnationem. An vero sint leges inhabilitantes, & ipso facto huiusmodi adulteros, seu ex damnato concubitu genitos, vel clericorum filios inhabiles, & incapaces esse pronuntiantes, ad huiusmodi bona, vel legata à parentibus recipienda: Quod scire maxime refert, quia si inhabiles fiunt, statim ante condemnationis sententiam, tenentur sic accepta restituere in conscientia.

¶ At verò sub distinctione respondendum est de filijs notis: nam alij sunt filij secularium, alij filij clericorum, vel religiosorum. Nam de ijs licet nulla sit prohibitio de iure communi: sed leges peculiare regnorum Hispaniæ, questionem propositam in dubium reuocant, Quare pro his statuitur octaua conclusio, filij noti secularium solummodo legibus Regni prohibentur iure hæreditario in bona paterna succedere. Hæc conclusio patet. titu. 1. partit. 4. l. 3. & l. 1. fori. ritu. de hæred. succel. & l. 9. Tanti confirmatur vbi prohibetur ne possint in hæreditatem succedere.

¶ Nona conclusio, pater si aliquid committit amico sub fideicommissione, vt illud tribuat suo filio ex adulterio suscepto amicus hic tenetur ius naturale seruare, hoc est dare filio, & filius potest licite tunc recipere, perinde atq; si esset extraneus. Itaque omnia bona sua illi potest suus pater sic dare, filijs si careat legitimis, sed filios perstantes

ſtantes legitimos non poteſt exhæredare, niſi uſque ad quintam partem neque hic interuenit peccatum. Si autem filcus perierit, ſtandum eſt foro exteriori. Hæc con- cluſio hinc ſic perſuadetur, quod cum lex ſit in odium fi- liorum, non eſt dilatanda ultra quam ſonat. Non autem lex prohibet, niſi eſſe hæredes, ergo extra teſtamentum pater ſua bona donans adulterinis hlij hac via, non agit contra rigorem legis, neque in eius fraudem, quia lex pœ- nalis tantum ad id obligat, quod ſonat.

¶ Sed iam grauius urget, & perplexius dubiũ de filijs clericorum, hoc eſt ſacris initiatorum, & de filijs religio- ſorum. Nam ij licet non iure cõmmuni, tamen legibus regnorum Hiſpaniæ arctius arcentur à bonorum pater- norum acquisitione. ¶ De hiſ ſit decima conſuſio, filij clericorum ſacris initiatorum, & filij perinde religioſorũ per leges peculiareſ Hiſpaniæ inhabiles, & incapaceſ ſiũt ad vllõ pacto poſſidenda bona paterna, etiam in cõſcien- tia, niſi peculiari regis conſeſſione. ¶ Hæc conſuſio quæ *Ab om- eſt ſoti loco ſupra allegato elicitur aperte, primo ex l. ni heredi- 22. libr. 1. tit. 3 & l. 2. tit. 3. lib. 5. regaliſ ordinamenti in hanc tate arcentur filij cle- ricorum.* formam, quo nulla offeratur occaſio vt vlla mulier cleri- corum concubinatui addicatur, ſi clericorum filij, in eo- rum bona hæreditario iure ſuccederent, conſtituimus & præcipimus, vt huiuſmodi clericorum filij neq; habeãt, neque hæreditet neque hæreditate poſſint bona ſuorum parentum, neque aliorum conſanguineorum. Et ſequitur neque ſuſcipiant, hoc enim Hiſpane ſonat vox *ni ayã*, neque potiri poſſint quocunq; legato, aut donatione, aut alia collatione, quæ illiſ fuerit facta. Quæ quidem verba non ſolum eos excludunt, ne hæredes eſſe poſſint: verum etiam eos videntur facere inhabiles, & incapaceſ ad vllõ pacto bona paterna poſſidenda.

¶ Et hæc lex per legem. 9. tauri extenditur quoq; ad fi- lios religioſorum; quod autem tam ſtrictam legem rex poſſit edere, nemini dubium eſſe debet. Cum leges huma- næ iuſtæ obligent in conſcietia, iſta autem lex in odium filiorum clericorum iuſta eſt. Quare ſtatim obligat in conſcietia, quare probabile eſt impeditiuam eſſe transla- tionis dominij & non ſolum eſſe pœnalem, ſed eſſe periu- de, ac ſi pupillus donaret, aut Symoniacus, aut aſtalinus ſuſciperet

Q. 3.

*Ab om- eſt ſoti loco ſupra allegato elicitur aperte, primo ex l. ni heredi- 22. libr. 1. tit. 3 & l. 2. tit. 3. lib. 5. regaliſ ordinamenti in hanc tate arcentur filij cle- ricorum.*

100

fasciperet aliquid. Hæc conclusio etiam sustinetur à fratre Iosepho in suis florib. vbi in hoc subscribit Soto.

**Q. 4.** ¶ Sed statim in dubium reuocatur. An his pater clericus suppeditare aliquid possit, pro alimentis. Huius dubij illucidandi gratia. ¶ Sit vndecima conclusio. Pater clericus tenetur alere & educare filium suum illegitimum. Atque adeo potest ei viuens donare, vnde vitam sustentet. Hæc conclusio est Soti loco vbi supra: patet, quia cum ius naturale dicat alendos, & educandos esse filios, istud ius per leges ciuiles, & positiuas non potest reuocari. Hæc conclusio it. est etiam Armillæ verbo. alimentum. §. vbi ait quod de iure canonico <sup>m</sup> ex æquitate quadam naturali tenetur pater alimenta præstare filijs spurij quos certo probabiliter nouit esse suos.

*in eum  
haberet.  
extra de eo  
qui duxit  
in mari-  
monium  
quam pol-  
luit per a-  
dulteriu.*

¶ Sed vltra, dubium statim mentem subiit an sicut filij clericorum incapaces, & inhabiles fiunt per leges Hispaniæ ad bona paterna vilo pacto possidenda, sic & clericorum nepotes. Quæstio est cuius meminit Frater Iosephus in suis florib. quare pro satisfactione illius, statuitur duodecima conclusio. Clericus initiatus sacris, si nepotes sibi super sint ex filio, vel filia illegitimis, nati, his licite poterit sua bona & legare, & condonare. Hæc est Fratris Iosephi quæ mihi non displicet, quia cum lex hæc de arcendo filios clericorum à bonis paternis odiosa sit, in odium talium filiorum, cum odia debeant restringi, non est ad nepotes clericorum extendenda. Postquam lex expresse eos non comprehendit. Potest ergo clericus auus eorum eis relinquere bona sua.

¶ An filij clericorum accepta à parentibus teneant restituere, & de alimentis præstandis filijs vel fratribus.

## CAP. XIX.

**I**am demodo si quis occurrit, quo clerici suis filijs illegitimis possint secuta conscientia, citra fraudem legis, sua bona conferre indagandū nobis est. An per fideicommissarium tuta conscientia, hoc possint facere? Pro explanatione quæstionis.

¶ Sit prima conclusio. Si clericus alicui fideicommissario concedit bona sua, ea conditione, quatenus ea bona fidei